

18.
 Boleslaus Dei gratia Dux Mazovia. Honestissimis viris advoca-
 to Cracoviensi et Sandomiensi et civibus universis ibidem, sa-
 lutem et sincere dilectionis amplexum. Licet nostre dominatio-
 nis prelatio ad hoc sit naturaliter instituta, ut mundo pro-
 ficiat universo, illis tamen specialiter acclinatur, quorum
 favore et amore exebrius consolatur. Nos itaque moti boni-
 tate, nobis naturaliter insita, placere cupientes dilectissimo
 fratri nostro Vladislao Dei gratia indyfo Duci Cracovia,
 et vestram pro nobis amicitiam comparare, Vobis omnino
 singulis, et singulariter universis, et omnibus vestris consoda-
 libus et amicis, undecumque veniant, cuiuscumque generis vel
 conditionis existant in terra nostra damus concedimus et
 largimur omnimodam securitatem veniendi, recedendi, ambu-
 landi, mercandi, et omnium mercium genera deferendi,
 quocumque placuerit sive per aquam navigio, sive in terra
 pedagio, sive in curribus et in equis cum mercibus, quotlibet
 abeundi, et vobiscum talem gratiam facimus in presenti,
 quia duos scotos ab equo quotlibet nobis pro Theloneo sol-
 vetis, sicut fuit solutum et solitum, ab antiquo. Et ean-
 dem presentem paginulam nostri sigilli murimine
 roboramus.

Ex minime suspecto Originali subscripto ad
 verum Transcriptum, atq; --- sub sigillo
 officii Consularis Cracoviensis Extraditum. L. S.

Ex Actis Civitatis Sandomiriæ.

